

solido statu, seu solito statu, confirmationem & approbationem Apostolicam, quam habebat approbat & confirmat Concilium.

61.

Obijciunt iterum Adversarii. Quia Glossa ad citatum locum. In solito statu. Cum loquatur de Religione Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum, ait Glossa: Alia litera dicebat in suo statu volumus permanere, donec de ipsis fuerit ordinatum. Intendimus enim tam de ipsis, quam de reliquis etiam non mendicantibus providere, prout animarum saluti, & eorum status videbitur expedire.

Glossa.

62.

Respondet. Quod talis Glossa nihil facit contra nos. Et primo, Glossa passim rejicitur, reprobat, & non admittitur. Secundo, quia Bonifacius VIII. in sua Bulla adducta prohibet recipi alias Decretales in iudiciis, & scholis, præter dictas, & quæ sunt in corpore juris, quæ ut ipse ait, per Viros doctissimos sunt emendatæ multis correctionibus, ac detractionibus, ac proinde talia verba nunquam fuerunt in Decretali, & si fuerunt, correctæ, & emendata sunt. Deinde ut rectè ait Philippus Ribbortus Provincialis Cathalonie jam citatus, si illa verba auferunt approbationem Eremitis D. Augustini, ac Carmelitæ, auferunt etiam approbationem omnibus Religionibus non Mendicantibus, ut patet ex verbis Glossæ; quod est falsum, & nullo modo dicendum; ergo si illa verba admittantur, ut ait ipse Philippus tantum procedunt ad ostendendam potestatem Ecclesiæ Romanæ, quam habet circa Religionem, ad providendum circa illas, prout placuerit ei; nam ut ait Doct. Joannes Marques jam citatus de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini, cap. 2. §. 4. & 5. non potest vocari in dubium velle Concilium extinguere Religionem valde utiles Ecclesiæ, tot & tantis Viris illustrissimis. Nam Religio Carmelitarum magno, & admirabili miraculo fuit approbata ab Honorio III. ut supra dixi n. 55. Deinde in illa ætate quatuor Sancti Religionis Carmelitanæ floruerunt S. Angelus, S. Bertoldus, S. Bocardus, S. Cyrillus Constantinopolit.

Ribbor.

Marques.

63.

Lezana.

Respondet M. Lezana tom. 4. Annalium anno Christi 1274. pagina 415. num. 7. Quod illa verba: Donec de illis fuerit ordinatum, intelligenda sunt quoad aliquas Constitutiones, & observantias. Dicam etiam, quod mihi videtur; dato quod admittatur talis Glossa, Donec de illis ordinatum. Eremitæ Divi Augustini morabantur in Eremitis sicut etiam Carmelitæ multis in locis, ut patet ex Regula: Loca habere poterit in Eremitis. Postea verò Romani Pontifices concesserunt ut hæ Religionem ad salutem, & fructum animarum ad Civitates convenirent, & in eis inhabitarent. Hoc posito ait Glossa, ut hæ duæ Religionem, in solito statu, seu solito statu permanerent, juxta suas confirmationes Apostolicas, ut habitarent in Eremitis, donec aliter ordinatum sit à Sancta Sede Apostolica, ut ad salutem animarum, ad civitates, ac populos ad inhabitandum advocarentur. Satis eleganter audiendus est Petrus Brunus dandus questione sequenti, in fine. Postea verò Religio Carmelitanæ per multos Summos Pontifices Innocentium IV. Alexand. IV. Urbanum IV. Eugen. IV. Nicol. V.

Petr. Brun.

Clem. IV. & alios multos ad inhabitandum in civitatibus dispositum est.

QUESTIO VI.

Quare Religio Carmelitana, cum tam antiqua sit, tamen inter Mendicantes ponitur ac scribitur in ultimo loco?

SUMMARIUM.

- 64 Quatuor sunt Religionem Mendicantes ex jure.
65 Ratio dubitandi.
66 Carmelita veniens ex Syria vexati, & præ humilitate quiescunt in quolibet loco.
67 Magnus, certus de sua nobilitate, non contendit de loco.
68 Carmelita & Eremita S. Augustini, cum habitarent in deserto, vocantur à Summo Pontifice Innoc. IV. ad portandas sarcinas filiorum Ecclesiæ, ac ad salutem animarum.

Mendicantes dicuntur à mendicitate; & quatuor sunt Religionem Mendicantes ex jure, & patet canonice, de Religiosis domib. in 6. ubi agitur de Religionibus præcipue Mendicantibus. Ut ibi dicitur §. 1. Verum etiam aliorum præsumptuosa temeritas diversorum Ordinum præcipue Mendicantium. Et iterum eodem §. Cunctas assatim Religionem, & ordines Mendicantes & §. 2. dicitur: Per questum publicum tribuere vultum soles incerta mendicitas. Et tandem §. 3. expresse nominantur quatuor Religionem Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum. Hæ quatuor Religionem nominatim exprimitur in dicto Textu cum de Mendicantibus agitur; ergo hæ quatuor sunt de jure mendicantes. Glossa in Clem. de Regular. transeuntibus §. quilibet Lap. alleg. n. 44. Id. Moscon. Zerol. Azor. Galatinus, & alii multi, quos citat, & sequitur Barbof. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 77. n. 16. & de appell. verb. appell. 147. n. 1. Et notat quod privilegium Mendicantium concessum Prædicatoribus, & Minoribus in Clement. Dudum, de sepulturis, conceditur in Extravagan. frequenter de iudiciis, pro Carmelitanis, & Augustinianis, quod utrumque est de corpore juris, de quo vide supra Opuscul. 2. Resolut. 23. questione secunda, numero nono, & insuper, quales essent Mendicantes quatuor Religionem declaravit Pius V. in sua Bulla 22. incipit Romanus Pontifex tam universalis, dicens motu proprio, Non ad ipsorum fratrum vel alicujus eorum nobis semper hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de potestatis Apostolicæ plenitudine omnes & singulos quatuor Mendicantium Ordinum videlicet Sancti Dominici, Sancti Francisci ac Eremitarum S. Augustini, necnon Carmelitarum, inter quos etiam numerari volumus servorum B. Mariæ. De quorum privilegiis multæ aliæ Religionem gaudent, & fruuntur, de quo latè citatus Barbof. & Cle. VIII. in sua Bulla, Clem. VIII. declarat nostros Patres Discalceatos esse unam ex quatuor Religionibus Mendicantibus, &

Glossa. Lap. Idor. Moscon. Zerol. Azor. Miranda. Galatinus. Barbof.

& temeritatem, qui hoc audebant negare sub excommunicatione latè sententiæ prohiber. Bulla refertur in compendio Bullarum nostrorum Discalceatorum, fol. 218.

65.

Ex quo insurgit vulgare dubium, si Religio Carmelitana tanta antiquitate illustratur; si priorem institutionem habuimus, quàm cæteræ Religionem, & nostra sacra Religio tanta firmitate, ac approbatione Apostolica munita est. Quare ergo in Capella Sanctissimi Domini Papæ, ac in processionibus, & narrativa juris, ac Constitutionum Apostolicarum, non primum, sed ultimum locum habemus, sicut & in sermonibus, qui habentur in Capella Sanctissimi Domini Papæ in Adventu, & Quadragesima. Primum prædicant Dominiani; Secundum Franciscani; Tertium Augustiniani; Quartum Carmelitæ. Et in Quadragesima quintum Servitæ qui juxta citatam Bullam Pij V. inter Mendicantes numerandi sunt.

Pius V.

66.

Respondet. Primo, quod nostra sacra Religio Carmelitana suum habuit exordium in Palestina, ac Oriente; ubi contra eam magna persecutionum tempestas exorta est; per Cosroas Regem Persarum; per Homerum Regem Arabum; & etiam per Mauros Mahometanos, qui nostros Religiosos multis plagis inflicti interficiebant; & tandem omnium lævissima tempestas commota est per Saladinum Ægyptiorum Sultanum contra Religiosos, & Catholicos anno 1187. Unde compulsi sunt nostri Religiosi, Sanctissima Virgine adveniente plagas Orientales deserere, & ad Occidentalem oram transmigra; & cum ibi in hac nostra Europa floerent, magno proventu illustrissimis Viris sacra Religionem Prædicatorum, ac Minorum; & inde ergo in Occidente, magno persecutionis impetu, multi apud Honorium III. instabant, ut talis ordo ignotus in Europa extingueretur. Purissima Virgo Religionis Mater noctu assistit Honorio, planèque jussit, ut talem Ordinem, ac homines benigne complecteretur, ut haberet in quinta Lectione Commemoration. 16. Julii; cum ergo nostri Religiosi essent tot, tantisque persecutionibus pressi, ac vexati, essentque advenæ, quæstiones, ac controversias evitare voluerunt & maxime cum magnis, ac potentissimis Viris, qui apud omnes erant in magna veneratione, & nostri Religiosi pro sua humilitate, ac modestia acquieverunt, ac se metipso accommodarunt in quolibet loco; ad quem admitti fuerunt. Hanc rationem assignat R. P. M. Joannes Ne vius lib. de Institutione Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, cap. 22. nam cum ejus Religio sit tam illustris, & antiqua, utpote à Magno Augustino instituta, tamen cum in Eremitis, ac desertis ejus Religiosi habitarent, & per alias Religionem ad Civitates advenissent, ideo priorem locum non obtinent.

Officiarii Commemorationis.

Joan. Nev.

67.

Secundo, juxta communem regulam juris, Qui prior est tempore, potior est jure. Cum illæ Religionem essent priores tempore in Capella Summi Pontificis, & aliis actionibus, & nostra Religio denno adveniret ex Syria, inde non prima loca tenet; & ut notat citatus Joannes Ne vius, in multis partibus inter Religionem ad præminentiam antiquitas Sylveira Opuscula.

Joan. Nev.

loci maxime observatur, ut determinant Gregorius XII. & multæ declarationes Cardinalium de quo Opusculo 2. Resolut. 48. quest. 8. Inde nostri Religiosi, cum denno advenirent, aliis cesserunt, in præcedentia, certi, quod auctoritas, ac præminentia Religionis in quocumque loco non immineatur, tanquam de sua nobilitate valde secuta. Ait Regius Vates Psal. 73. num. 16. Tu fabricatus es auroram, & Solem. Magna est quæstio apud expositores, ut videre est apud Lorinum, cur Psalographus inverso ordine loquitur, ut prius dicat auroram, deinde Solem; cum evidens sit, quod Sol, cum sit Regius Planeta, nobilior, & antiquior Luna, & Aurora sit: nam Septuaginta sic legunt: Tu fabricatus es Lunam, & Solem. Et tamen ille præcessit in creatione: Fecit Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præses diei, & luminare minus, ut præses nocti, & stellas. Genes. 1. Genes. num. 16. Sol ergo antecessit in creatione, Lunæ, Stellarum, & Auroræ; nam omnia ista à Sole lucem mutuuntur. Cur ergo Aurora, seu Luna in primo loco scribunt, Sol antiquior, & nobilior secundo loco ponitur? Sol ut bene conscius de sua nobilitate, ac antiquitate, de præminentia locorum non contendit, sed in secundo, tertio, vel ultimo optime contentus quiescit, apprime certus, quod suæ nobilitati, antiquitati, nullum detrimentum inde patitur, cum ipse semper sit Sol Planetæ, ac omnibus lucem administrans.

Psal. 31.

Septuag.

Genes. 1.

68.

Tertio, & corroboratur totum hoc argumentum, quia nostri Religiosi, cum advenissent ex partibus Orientalibus, habitabant in Eremitis, ac desertis juxta præcipuum Regulæ dispositionem cap. 2. ut notat Reverendissimus M. Fr. Bernardinus Olerius noster Generalis in tractatu de Antiquitate Ordinis ad Gregorium XI. ubi tati erant dediti orationi, ac contemplationi, ut disponit nostra Regula cap. 7. & cum pro tali tempore magnos fructus in Ecclesia Dei parturirent, sacra Religionem Prædicatorum, ac Minorum, sua doctrina, prædicatione, ac spiritualibus exercitiis; inde conveniens fuit visum Innocentio IV. plures operarios convocare. Messis quidem multa operarii, autem pauci. Luc. 11. n. 20. Et idè ad hunc effectum ex deserto adducit Eremitas sancti Augustini, & Carmelitas, quod eleganter describunt & referunt Arnoldus Boscius de Patronatu Beate Virginis Mariæ, cap. 9. & Petrus Brunus in Tribunali Ordinis Despave Virg. de Monte Carmelo; & ait: Verumtamen, cum jam rotarum binarum vehiculo Auriga Summus Innocentius Papa Quartus suas vehi non posse sarcinas cerneret; mox saltum Carmeli, ac Eremitæ condensa perlustrans, quo sibi duas rotas adoptet, asportavit; & Fratres Prædicatores; & Minoribus, Fratres Carmelitas, & Eremitas sancti Augustini (qui jam longeva institutione, ac confirmatione perseverant) adducit decrevit, vocavit, & adduxit.

Regul. c. 2.

Olerius.

Innoc. IV.

Luc. 11.

Arnoldus.

Petr. Brun.





RESOLUTIO III.

Sanctissimus Pater Elias instituit suam Religionem Carmeliticam cum tribus votis obedientiae, castitatis, ac paupertatis.

QUESTIO PRIMA.

In lege veteri fuerunt vota non solum in Magnatibus in illa, sed etiam in illis, qui erant de communi, ac vulgari populo.

SUMMARIUM.

- 1 Valde frequens exitus consuetudo in lege veteri faciendi vota, propter quod multipliciter lex disponitur.
2 Hoc tamen non tantum in Magnatibus, sed etiam in communibus, ac de populo humilibus.
3 Regius Vates exhortatur ad vota facienda, ut pote quid maxime meritorium.
4 Supposita fide, de iure natura est Deum honorandum esse per vota.

VALDE solemnitas, ac frequens fuit consuetudo in lege antiqua, quod homo se ipsum, ac aliquid suum Deo per votum consecraret; sic habetur Levit. 27. num. 11. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo, qui votum fecerit, & sponderit Deo animum suum, sub aestimacione dabit pretium. Et multipliciter agitur in toto capite de lege, quae observanda erat, in voto facto, vel faciendo, etiam a quolibet homine vulgari, sicut & Numer. cap. 30. num. 3. Iste est sermo, quem praecipit Dominus: si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum. Et circa observanda in votis multa in toto capite disponuntur, sicut Deuter. 12. num. 11. & deinceps & cap. 23. num. 18. & 3. Reg. 15. n. 7. & aliis in locis.

Ut magis in particulari descendamus, Iacob fecit votum, Genes. 28. num. 20. Vovit etiam votum, dicens, si Dominus fuerit mecum, David Psalm. 21. num. 26. Vota mea Domino reddam. Et hoc erat non solum in Magnatibus, sed etiam in illis, qui erant in mediocri observatione legis, Iephthae pro obtinenda victoria fecit votum, quod sacrificaret id quod primum ei occurreret. Iud. 11. n. 30. Occurrentem filiam sacrificavit; Fecit sicut voverat. Ibid. n. 3. 9. Anna Samuelis mater fecit votum pro filio obtinendo: Dabo deum Domino omnibus diebus vitae eius. 1. Reg. 1. n. 11. Absalon positu-

lavit a patre facultatem, dicens: Vadam, & reddam vota mea, quae vovi Domino in Hebron. 2. Reg. 15. n. 7. Sic & Rex Asa. 3. Reg. 15. n. 15. inivit in templum: quae pater suus voverat in domum Domini aurum, & argentum: Sicque omnes filii Israel, etiam qui erant de populo: Obvulerunt, quae voverant Domino Deo suo. 2. Par. 31. n. 2. Par. 31. n. 6. & 12. adimplentes illud, quod dicitur Eccles. 5. n. 1. Quod vovisti Deo, ne moveris reddere; & ideo faciebant vota ad maiorem operis firmitatem, & ad majus meritum comparandum, ut notat Ovandus in 4. dist. 3. prope. 3. & a: Notum erat Iudeis quod opus factum ex voto erat laudabilius, & magis placere Deo virginitatem cum voto. Idem habet Franciscus Colterius in Evangelium Dominic. 1. post Christi Nativitatem.

Et quia opus factum ex voto maxime meritorium, gratum, ac placens est Deo, ideo ad vota facienda exhortatur Regius Vates Psalm. 75. num. 12. Vovete, & reddite Domino Deo vestro. Ad quae vota ait Lorinus ibi: Hunc locum enarratores praesertim Latini de votis, quibus voventur Deo, quae alioquin lex non praecipit, interpretantur, qualia tria omni Religioso communia iuxta ergo Sanctos Patres, ac Interpretes Latinos, dum Regius Vates exhortatur ad facienda vota, non est intelligendum de materia praecipua in lege, & illa, quae erat sub praecipio, sed de illa, quae erat libera, & voluntaria, absque ul'a obligatione, ut de junio castitatis, ac paupertatis, & obedientiae, quae sunt exempla posita a Lorino.

Nam ut optime ait Suarez tom. 3. de Religione, lib. 3. cap. 1. n. 2. quod ritus vovendi, seu consecrandi aliquid per votum Deo, de iure naturae est, maxime supposita fide. Jus enim naturae dicitur, quod Deus maxime sit honorandus, ac venerandus, omni modo possibili, quod maxime cognoscitur per fidem, per quam intelligimus supremum ejus dominium; atqui Deus maxime veneratur, & colitur dum ei per votum aliquid consecratur, ac dedicatur, cujus obligatione stante homo non potest resilire, ac retrocedere ab obligatione facta; ideo Deus maxime honoratur a suis fidelibus, ac iustis, per obsequia ei oblata cum votis, ut notant N. Incognit. Eugubinus, & alii, ideo ad talia Incognit. obsequia Regius Vates exhortatur dicens, Vovete, & reddite Domino Deo vestro.

QUESTIO II.

In lege veteri dabatur castitatis votum.

SUMMARIUM.

- 5 Probat ex Scriptura, ac Patribus votum castitatis in Nazaraeis.
6 Qui peccatores, erant, habebant perpetuum castitatis votum.
7 Probat ex celebri loco Isaiae.
8 Responso adversariorum impugnatur, & num. 9.
10 In lege veteri iuxta Sanctos Patres dabatur Eunucho spiritualibus, ut Elias, & Elias.

11 Sub

- 11 Sub verbo Eunucho veniunt etiam feminae, & num. 2.
13 In lege antiqua fuerunt virgines perpetuo voto Deo consecratae.
14 Apud Gentiles erant virgines vestales perpetuo voto suis falsis Diis dedicatae, probatur ex multis.
15 Cum apud Gentiles darentur virgines perpetuo voto, hoc non est negandum populo Dei divina fide illuminato.

Hanc conclusionem statuo, in lege antiqua dabatur magnum, ac illustre castitatis votum. Probat primò, ex Numer. 6. num. 2. ubi dicitur, Vir, sive mulier cum fecerint votum ut sanctificentur. Quotum verborum variae lectiones sunt apud Bibliam Maximam. Quidam sic legunt: Qui arduum faciet ad vovere votum, separate. Alii, Qui singulare votorum vovere voluerit. Explicant magis Septuaginta. Quicumque magne voverit votum purificandi puritate Domino. Id est, tunc magnum, admirabile, ac arduum sit votum. Quando quis suam puritatem in castitate, ac virginitate magis purificat per votum, & hoc castitatis votum in lege antiqua vocatur à Sanctis Patribus magnum, & insigne votum. D. Damascenus lib. de fide Orthodox. cap. 25. ait: An non denique lex ingens votum castitatem nuncupavit. D. Chryostomus homil. 4. in Vigilia Epiphaniae, tom. 2. & ait: Nazaraei secundum legem nuncupabantur, qui castitatem Deo insigne voto mancipabant. In Nazareorum votis continebatur castitas, ac à multis continentia, ut docent D. Epiphanius haeres. 9. S. Augustinus sermone 107. de Tempore, ut testatur Cornelius à Lapide Threnor. 4. num. 7. Candidiores. Cardinalis Hugo citato Numer. 6. de Nazaraeis ait: In voto eorum erant multi articuli Religionis, inter quos amplexibus mulierum non vacabant. Claudius Spinellus libro. de continent. cap. 1. ait: Nazaraei quoque castitatis Deo magno, insignique voto consecrati, ac emancipati. Augustinus Eugubinus in recognitione Veteris testamenti, cap. 4. & in hanc partem inclinat etiam ibi Lorinus.

Apud Nazaraeos, qui perfectiores erant, eorum castitatis votum non erant ad tempus, sed perpetuum. Ita Origenes homilia 24. in Numer. D. Albertus Magnus in 4. dist. 38. artic. 13. §. Ad id vero. Abulensis Numer. 6. q. 2. & 3. & in Judic. 3. quest. 12 & 17. Mag. Noster Vvaldens. tom. 1. lib. 3. art. 2. cap. 2. 3. Joannes Suartes Episcop. Conimb. in cap. 2. Matth. tract. 1. Thena ad Hebraeos 11. difficile. 27. Christophorus à Castro Thren. 4. num. 7. ad citatum Numer. 6. Lyranus, Cardinalis Hugo, Lorinus, Marius, Tyrinus, Cornelius à Lapide, Nam ut recte ait D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 6. ad 2. Non aliter homo potest totam vitam suam Deo exhibere, nisi per voti obligationem; ergo in lege antiqua extitit magnum castitatis votum.

Probat ex celebri loco Isaiae 56. num. 5. Non dicat Eunucho: Ecce ego lignum aridum. Quia haec dicit Dominus Eunucho: qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à Sylveira Opuscula.

filiis, & filiabus, & nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Ubi Propheta agit de Eunucho spiritualibus, de quibus Christus Dominus loquitur in Evangelio, dicens: Sunt Eunucho qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. Matth. 10. n. 12. ut ibi late explicavi tom. 1. in Evangelia ex mente Sanctorum Patrum, ac Interpretum: nam sicut Eunucho per naturam, vel artem sit impotens ad generandum, ita Eunucho spiritualis per votum sit impotens, cui Dominus in Ecclesia, & in caelo dat nomen gloriosius, quam habere poterat à filiis, & filiabus; ita locum Prophetae intelligunt, & explicant D. noster Cyrillus Alexandrinus, Divus Hieronymus, ibi Divus Augustinus lib. de Sancta Virginitate, cap. 24. & lib. 4. contra Faustum, cap. ultimo, Divus Basilius lib. de vera virginitate. Divus Ambrosius in exhortat. ad virgines. D. Gregorius p. 3. Pastoral. cap. 29. Rupertus late, ibi Forerius Olearter, Lyranus, Sanchez Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 9. Medina de continentia, lib. 3. cap. 32.

Respondent communiter Adversarii, quod Isaias spiritu Prophético, loquitur de Eunucho spirituali per respectum ad legem gratiae, non verò per respectum ad legem antiquam. Sed contra; quod non solum de lege gratiae, sed etiam antiqua loquitur Propheta sic probo ex ipso Textu: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius, à filiis, & filiabus, & nomen sempiternum dabo eis. Juxta sententiam dat Deus levamen, & consolationem Eunucho, quia cum non relinquere post se semen; nec filios, nec filias quod tunc illa lege erat valde durum, ac grave, & molestum inde mulier Theutis dixit ad Regem Davidem, orans pro filio: Quaevis extinguere scintillam meam, filium nempem meum, quae relicta est mihi ut non superstiti Viro meo nomen. 2. Reg. 14. num. 7. sic & disponebat lex, quod mortuo uno fratre, superstes acciperet uxorem illius, & primus filius illius vocaretur nomine demortui: Ut non deleatur nomen ejus in Israel, ut dicitur Deuter. 25. num. 6. atqui haec gravamina non dantur in lege gratiae, nec tantus affectus nominis perpetuandi, ut in lege veteri, ergo de Eunucho in ea tam temporalis, quam spirituali est sermo.

Secundò contra. Haec Isaiæ loco similis est ille Sapientiae 3. n. 14. Spado, qui non est operatus per manus suas iniquitatem, dabitur ei fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Quem locum de Spadone, seu Eunucho in lege veteri interpretantur Dionysius, Castro, Holchor, Lorinus, Corneli, Menochius, Tyrinus, ergo etiam praesens locus Isaiæ, cum in utroque sit eadem dispositio, Si enim haec loca intelliguntur de Eunucho temporali in illa lege, cur non etiam de spirituali.

Contra. Tertio. Quia Sancti Patres agnoscunt, & dicunt dari in illa lege antiqua Eunucho, seu Spadones spirituales inter quos numerant Eliam, Elifæum, Jeremiam, Joannem Baptistam, & Danielelem. De mysterio Transfigurationis agens Tertullianus lib. de Monogamia, cap. 8. ait: Moyses, & Elias secum manavit alterum Monogamum, alterum R. 3 spado

Matth.

D. Cyrillus, D. Hieron., D. August., D. Basil., D. Ambr., D. Gregor., Rupertus, Forerius, Olearter, Lyranus, Sanchez Bellarm., Beilarm., Medina.

86

2. Reg. 14

Deuter. 25

96

Sapient. 3

Dionys.

Holchor.

Castro.

Lorinus.

Cornel.

10

Tertull.

Pamelius.